

Vantum te Marce Fili. In omni re septem circumstantia requiruntur. Persona: re
causa: locus: tempus: modus: materia: quae maximam habent uim: ut si quis eas ne
glexerit: decorum suum seruare non possit, aut aliquid laude dignum efficeret. Vn
de dicit Seneca: Refert: quid: cur: quando: quare: ubi: & caetera: sine quibus facti ra
tio non constabit. Cum Cicero. M. Tullii Ciceronis filius philosophiae operam daret: ipse lo
cus gymnasium fere totius orbis: & omnium bonarum artium & disciplinarum emporium eum

**Marci Tullii Ciceronis officiorum li
ber primus ad Marcum filium.**

EVANQVAM TE MARCE fili

hortabatur: ne ipsas: Athenas
scientiarum inuentrices cul
tricesque dedecoraret. Inde
debat excitari splendor pa
terni nominis, qui omnibus
palmam eripuit: in omni di
sciplina eminentissimus. Pre
terea philosophia ipsa: quae
est ars uitae et perturbationum
medicina: ut qui eam uitae parentem aspernentur & uituperent: paricidae appellandi sint. Ip
sa etiam aetas id suadebat: quae praecipis & institutis philosophiae gaudere debet. Nam quae
est in ingenua & honesta familia educatus: qui turpitudine ipsa non offendatur. Decet bonae
indolis adolescentem parere philosophiae praecipis & rationi: sed maxime oportebat Cice
ronem omnis bonas artes amplecti: ne a tanta patris excellentia degenerare uideretur: quod
postea accidit. Ingenii uis iquit Seneca. praecipis alitur & crescit: nouasque persuasiones adi
cit innatis: & deprauata corrigit: & alibi. Facile est teneros adhuc animos componere: diffi
culter reciduntur uitia: quae nobiscum creuerunt. Diuiditur hoc opus in proemium & tra
ctatum. In proemio ea facit: quae a scriptoribus ut ueterum instituto sancitum est: diligenter
custodiri seruarique debent: captare, scilicet: beniuolentiam, docilitatem: & attentionem. Docilem
facit auditorem: summam totius rei de qua disputaturus est: perstringens. Dicit enim se de
officijs scripturum. Beniuolentiam captat a persona Cratippi, quem principem illius me
moriae philosophorum appellat, a persona filii: cum filium appellat: & iudicio illius permit
tit uti opinionibus philosophantium. A re ipsa laudans praecipia de officijs dicens ea latissi
me patere: cum nulla sit uitae pars: quae officio uacare debeat. A persona sua: laudans officium
suum sine arrogantia. A persona aliorum, quorum opiniones confutat: ut Aristonis pyrhois
Herilli, & Epicureorum. Inde cum futura sit omnis disputatio de officijs cum ratione: & of
ficium aequiuocum sit: & propositio aequiuoca & ambigua distinguenda sit: ut conueniat in
ter differentes: quid sit de quo disputatur: diuidit prius officium: inde definit. Et cum proe
mium debeat continere capita rerum: de quibus dicendum est: proponit se disputaturum de
honesto utili: & repugnantia: quae uidetur esse inter utile & honestum. Et cum hoc facit red
dit auditorem attentum. Id autem fit: cum pollicemur nos de rebus magnis & utilibus di
cturos: & si numero exponuntur res de quibus disputandum est: ut Cicero facit. In primo uo
lumine disputaturus de honesto: dicitur homines habere semina quaedam & uirtutis ignicu
los a natura datos: ex quibus consistatur honestum: quod est secundum naturam. Et diuidit in
quattuor partes: prudentiam: iustitiam fortitudinem: & temperantiam: quae sunt magnae &
uerae uirtutes: propterea quod ex ratione oriuntur: qua nihil est in homine diuinius. De his er
go disputat: quas appellat fontes omnium officiorum. Sed prius de officijs id est operationi
bus studiosis: quae ab ipsa prudentia oriuntur. Inde a iustitia: & fortitudine. Postremo a tempe
rantia: ubi declarat quid sit illud decorum: quod ubique seruandum est. Demum proposi
tis duobus honestis: utrum sit honestius. In secundo uolumine disputat de utili: distinguens
ea quae ad tuendam uitam pertinent probans per inductionem nihil humanae uitae prodes
se sine opera hominis: dicitque imperantibus nihil esse utilius quam non tueri a subditis: sed ama
ri: cum odio habeantur qui aliis formidolosi sunt: & affert tyrannorum exempla: qui fere o
mnes interficiuntur. Inde gloriam ex tribus constare dicit: si diligit multitudo: si fidem ha
bet: si cum admiratione quadam hominem quae praecipua dignum putat. Qui gloriam quaerit: qua ratione ista pare
tur docet. Inde ponit primam adolescentis commendationem: afferens nonnullorum exem
pla: qui in prima aetate laudem sibi & gloriam compararunt, inde agit de beneficentia & li
beralitate largitionibus, edilitiis muneribus: & qua opera uti debeamus emerendi fauoris &
beniuolentiae gratia: quis potius defendendus sit: diues an pauper. Inde de tribus exigendis
tandem duobus propositis utilibus. utrum sit utilius. In tertio & ultimo disputat de repugna
tia: non quae est: sed quae uidetur esse inter utile & honestum: constituitque formulam qua of
ficium cognoscatur. Et discurrens per quattuor uirtutes: ostendit nihil esse utile: quod non
sit honestum. Et simul agit de prudentia & iustitia: docens nihil esse utile quod sit malitiae
coniunctum & iniustitiae: ponens exempla de his qui dolo malo alios circonueniunt: & di

